Carasura

Bios des S. Alexand Martyre Drizipar

In Bollandus: Acta Sanctorum Maii, v. III c. 148

Postea vero ad castrum quoddam, cui nomen est Carasura, quod quadraginta milliaribus ab urbe Philippi, et decem octo distabat à Berœa, Alexander et Tiberianus pervenerunt (Zai aut. Maximi)

Cumque Tiberianus illuc ingressus esset, in castrollo diversatus est hora fere [illegible]

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Milites vero sanctum Martyrem Alexander secum habentes, una cum ipso prope castrum aliud ad locum arboribus consitum diverterunt. Tum Martyr Alexander dixit militibus: Eamus fratres, ad arbores illas: cum enim eum locum vidisset, valde oblectatus est. Itaque cum eo venissent: Vere, inquit, fratres, ego sitio. Illi vero: Et unde nam hic aquam habebimus? Expectate paulisper, fratres, inquit Alexander: potest enim Deus meus etiam hoc in loco nobis aquam suppeditare. Cum-

(ἀνοδοῦσι)

que hęc dixisset, flexis genibus, ita Deum ora-
vit: Domine Jesu Christe, qui lapidem in soli-
tudine olim discidisti, et aquam ex illo edu-
xisti, ne populus tuus Israël siti deficeret:
nunc te misericors respice servum tuum, et
hoc in loco aquam praebe, ut ego servus tuus
bibam, et nomini tuo gloriam reddam. His
dictis, statim tellus, quae infra arbores illas
erat, aperta est, et gelidissima ac purissi-
ma quędam aqua erupit: unde et Alexander
et milites qui cum [illegible] erant, biberunt.
Id cum vidissent milites tam mirabili-
[illegible] miram [illegible], et
inter se dicebant: [illegible] Deus Chri-
stianorum, quoniam sic servos suos exaudit.
Tunc Tiberianus sedens pro tribunali, jussit
B. Alexandrum illuc duci: quem interrogans:
Age, inquit, dic Alexander: Facisne quod
jubet Imperator, an non; Respondit ille: Ego
coelesti Imperatoris mei edicto parere volo, ne-
que te aliquid esse puto, neque Imperatorem
tuum, mortalem et caducum hominem. Hoc
responsum cum Praeses ab eo accepisset, non
amplius illic interrogare voluit, sed convoca-
tis militibus: Celeriter, inquit, istum compre-
hendite, et in urbem Beroeam abducite.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ